

fidei veritatibus habere sermonem, eisque præcipiat, ut cæce sese iis, quæ revelata fuerunt, subjiciant. Verum per me licet illis, de Religionis huius institutione ratiocinari, eisque etiam permitto, ut meæ hanc argumentationi respondeant. Ubi instrumentum, quo ad agendum utimur, nullam vim habet ad effectum ferendum idoneum necessario confugiendum est ad principem causam, & affirmandum illum ab hac fuisse productum: e. g. pennicillus, qui ex se non movetur, non potest tabulæ omnem venustatem, ac decorem adferre; dicendum igitur aptius fuisse factum a perita Pictoris manu, qua ille ducebatur. Limus oculis Cæci nati appositus, profecto visum illi præbere non poterat; igitur hoc miraculum non limo, sed manū omnipotentis, quæ eodem usa est, acceptum est referendum. At in duodecim Apollolis existimatio- ne, pecunia, viribus, scientia, & eloquentia carentibus, nulla satis apta fuit virtus ad mirabilem hunc gignendum effectum subvertionis idolorum, atque institutionis fidei adeo incomprehensibilis, atque difficilis in morum disciplina, eo magis quod omnes terrarum potestates adversabantur, & omne fere humanum genus reluctabatur; hic igitur effectus adscribens est principi causæ secrete, atque occultæ, quæ profecto non alia esse potest, quam Deus.

Religionis nostræ mysteria credibilia esse.

Si Dei Filium non credere jubet Mytheria supra rationis captum posita, hoc jubet tamen postquam illa credibilia esse ostendit, nihilque illis inesse, quod rectum sensum, ac rationem offendat. Quæ in re S. Augustinus lib. 22. de Civitate Dei cap. 7. & 8. hoc instituit dilemma, cui increduli, atque flagitiosi homines sese victis dedant necesse est. Christianæ Religionis Mytheria ab Apostolis prioribus sæculis proposita, cultis quidem atque sapientibus vel in ea credibilia, vel incredibilia videbantur. Si videbantur credibilia in Philosophis, qui idololatricæ caliginæ vixerunt, talia profecto videri debent multo magis iis, qui in Christiana Religione nati, educatique sunt: ergo illa hodie non credas, cum tanta lux ipsis accesserit, cum a sapientissimis viris, præstantissimisque ingeniiis discussa, probataque fuerint? Cur ergo Philosophis credentibus, iste infidelis non credet? inquit Sanctus hic Doctor. Sin autem hæc mytheria, & hæc veritates in seipsis credibiles minime videbantur, oportet igitur aliquid aliud istdem fecisse fidem, quod nonnisi miraculis fieri potuit: alioquin maximum esset miraculum a mortalibus omnibus sine miraculis credi, quod incredibile videretur. Quomodo credidissent, nisi rei, quæ non videbatur evidenter, miracula secessissent fidem?

O gravissimum Incredulorum, Atheorumque nostri huius temporis errorum! Volunt eruditi de Religione, quandoquidem sepe de hac loquantur, & disputant; at quomodo nam hoc faciunt? incipiunt quidem ad examen accerere quidquid in ipsa obscurius, & altius est; statim quidem scrutantur Mytheria, ibique inventientes difficultates, quibus incomprehensibilia efficiuntur, inferunt illa ideo esse rejicienda. Mytheria sane obscura sunt, neque diffiteor, & si in religione mytheria tantum scrutaberis, nunquam te illi subicies. Sed quin Mytheria inspicias, revelationem attende; quam si attente, diligenter, bonaque fide perpenderit, nō illa quidem tibi qualis est videbitur, certa, tuta, indubitabilis; & admissa revelatione haud ægre te Mytheriis subicies, ea veneraberis, & adorabis, atque rationem tuam submittes ad ea credenda, quin illa comprehendas.

Docet Ratio, nobis nimium deferendum non esse naturalibus cognitionibus nostris; in divinis ad superiora, minusque fallacia lumina confugiendum esse, & licet illuminata sit ratio, tamen fidem, atque auctoritatem Dei illi esse antefereendam. Hoc ratio dicit, itaque cum illi permittimus censura nota fidei nostræ articulos expungere, non solum plus illi concedimus, quam quod petit, verum id etiam, quod minime petit.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Asceticis, recentioribusque Concionatoribus loci ad hoc argumentum.

Christiana Religio rationi consona. Nemo veram Religionem, quam Deus ipse constituit, potest amplecti, quin omni ex parte melius ineat consilium, & puriori rationis lumina sequatur: Deus enim non potest homines impelle-

re, nisi ad id, quod præstantius est, & doctrina Magistri æque boni, ac sapientis, qui ad nos erudiendos & natura utitur, & revelatione, ubique sibi constare debet, atque iis inniti principis, quæ nunquam laborent; & si necessitas unius Religionis naturali lumini innititur, nonne opus est, ut vera Religio illi conformis sit, non solum in substantia, verum etiam in effectibus suis? Præterea cum Dei cognitio principium sit vitium omnium moralium, cumque statim ac negatur Divinitas, in omnia vitiorum genera proruat; ita cum vera Religio sit perfectissima, quæ in hac vita haberi possit, cognitio Dei, ibi invenire debet id, quod rationalem naturam perficiat. Desumptum ex veritate Religionis Christianæ Marcioni de Plantis.

Ubinam inveniantur lumina, ac rationes aptæ ad nos rationi subscribendos, qualia in Christiana Religione inveniantur? Hæc in fronte gerit magnam illud naturæ principium, ne quid alteri fiat, quod quis sibi factum nollit: alitque fieri quid sibi quisque factum vellet. Ne minimum quid contra jus naturale permittit, levissimos etiam, & eos, quos reliquæ religiones atque austerissimæ Philosophorum sectæ ignorarunt, errores condemnat. Magna virtuti pollicetur præmia, & vitium gravissima supplicia minatur. Nos ad illam vehementer accendit, nihilque intentatum relinquit, ut ab aliis deterreat, ita ut omnes occasiones auferre, omnesque radices stipitis conetur evellere? Nobis continentiam prescribit, atque hoc uno præcepto plurimas tollit diffensiones, jurgia, flagitia, calamitates, Imperat voluptatum, pompamque mundi contemptum: ambitionem, & superbiam prescribit; præcipit, ut serio nobismetipsos invigilemus, ac nosmet cognoscamus, & hac ratione omnem auferit invidiam, contentiones omnes, atque certamina. Omnia efficit vitia cum malis, quæ ab illis separari non possunt, ac omnes invenit virtutes cum bonis, quæ illas concomitantur.

Idem. Si Christiana Religio vera non esset, & contradictio, vel error inveniretur in illius principis, quomodo fieri posset, ut innumerabilis sapientum virorum tum Græcorum, tum Latinorum multitudo, qui in politicioribus excellentibus nationibus existerent; atque tot subtilia, ac perspicacissima ingenia tot sæculorum spatio minime prehenderent huius Religionis falsitatem, vel antequam illam amplecterentur, vel jam illam amplecti? Dic, quæ, cur illam professi sunt? cur adeo constanter eidem ad hæreserent? Eorum complures in diversis Religionibus fuerant innutriti, quæ fere cum lacte odium exsugerant in Christianismum. Non deserunt, qui ut hunc profiterentur, coacti fuerunt, bona ab ipsi possessa relinquere, & dignitates quasque abdicare, vel etiam vitam ipsam amittere. Ubinam visus fuit unquam aliquis, qui adeo sibi gravem, incommodamque errorem eligeret? Idem.

Nihil est adeo inane, atque sacrilegum ac idololatricum, quæ diu post Mundi creationem est orta, & quæ in plures, variæque sectas divisa est, simul dumtaxat conjunctas in impio plurimum Deorum cultu, & in maxima Idolorum turba non sine gravi, æternæque humani generis probo. Quid gravi, æternæque humani generis probo. Quid quid magnorum virorum ea in religione, vel superstititione potius versatum est; omnes illam in ludibrium verterunt. Legendi tantummodo sunt Socrates, Aristoteles, Cicero, Seneca, Epictetus, alique plures Philosophi, ut liqueat quanti fuerit ab illis. Neque loquor de commentitorum numerum sceleribus, de fatua rituum eorumdem institutione, de festorum dierum abominacionibus; verum quis non mirabitur, bruta ipsa, immo & insecta fuisse adorata? Citra horrorem, & lacrymas tanta cœcitas ne cogitari quidem potest. Idem.

Necessum erat, ut cum perfecta hominis felicitas in altera futura sit vita, vera Religio ultra naturalem ratiocinandi finem, qui præsensis vitæ limitibus continetur, sese attolleret, ut nobis novissimum finem nostrum proponeret, certaque doceret rationes ad eum perveniendi. Quis autem non videt fieri non potuisse, ut debitus Divinæ Majestati cultus tribueretur, nisi illa formam prescriberet, & nisi hominibus obedientia cultus huius pretium, potioreque partem efficeret? Minimi etiam inter huius terræ Principes a subditis suis eam, quam cupiunt, servitutum obtinere non possunt, nisi primam, quomodo eam sibi præstari velint, edixerint. Ad id igitur necesse require-

De falsitate, ac impieitate, Ethicæ Religionis.

Religio nostra esse debet supernaturalis, & revelata. S. Thomas I. 2. contra gentes c. 10.

batur, ut nobis revelaretur Religio, atque inniteretur infallibilitati Divini verbi, ut hinc quidem contra doctorem hominum acumen sese protegens; inde vero imperitiorum infirmitati se accommodans, ita sese omnibus aptaret hominibus. Igitur cum humana ratio sit infirma, quemadmodum quotidiana docet experientia, Religiois veræ fundamentum esse non poterat, & necessum erat, ut illud esset revelatio divina, quæ Dei ipsius innititur auctoritati, & supra naturales ratiocinandi vires est posita. Idem.

Quidquid factis cognoscimus tamquam veritatem Dei, nonnisi verissimum esse potest atque credendum est, quin eidem aliquid rationabiliter possit opponi; immo neque inveniri ibi aliquid potest, quod rationem lædat, atque ad fallendum possit humanam mentem; adeo facilis ad fallendum, atque ad iudicandum velox, adeo in cognitionibus suis infirma, & in opinionibus suis ruentis pertinax. At Christiana Religio notas habet, ex quibus factis cognoscimus, illam a Deo revelatam esse; ea igitur omnia, quæ docet, adorabilia sunt, omnia sunt verissima, & secundum iustæ ratiocinationis criterium pro talibus habenda: ideoque per necessariam illationem omne mendacium, omnemque contradictionem excludunt.

De Mahometani falsitate.

Quid dicam de Mahometismo, qui tot sæculis post alias Religiones erupit, & qui hæc una de causa a cordatis hominibus explodendus est? Præter unius Dei fidem, quam ille ex Christi fidelibus atque Judæis mutatus est, nihil ferme docet non depræsumptum parum fideiter ex illorum libris, vel quod parum sit rationi conforme, vel denique quod contradictionis minime involvat, atque seipsum evertat. Pro revelationibus ea profert, quæ ex novo testamento desumptæ, atque vitævitæ, & quæ scripta jam erant pluribus sæculis antequam nasceretur. Quod illius auctor est, se Prophetam dicit, at nihil futurum vaticinatur. Legem Moysi habet in pretio, & inde Circumcisionem assumptam, causam ignorat. Fatetur Jesum Prophetam esse, & Messiam nec non Mortalium omnium sanctissimum, qui attendat, nisi hic simul fuisset Deus, quem se professus fuerat fuisse futurum, audeo dicere, mortalium omnium nequissimum, audacissimum, atque infamissimum, eo quod honores divinos sibi vindicare voluerit. Mahometismus denique Christianam, quæ sibi præcessit, Religionem commendat, Prophetas, sanctosque viros utriusque Testamenti colit, & Evangelium admittit, utpote JESU CHRISTO a Deo revelatum; quin advertat, hoc ipsum Evangelium a supremæ Veritatis, quæ nequit mentiri, annuntium, asserere, homines falsos fieri non posse, nisi ea, quæ docet, servaverint; ideoque Alcoranum, quod Evangelio Mahometus subrogavit, inutile simul, & falsum esse. Idem.

Potestne par infania, vel furor excogitari illius dementia, qui sine divinz potentiz subsidio statueret conaretur eas veritates, quas nostra docet Religio, & non persuaderet solum discipulis suis doctrinam adeo incredibilem: sed eos cogere, ut hanc alii persuaderent, propriæ etiam cum vitæ discrimine, postquam viderint. Præceptorem suum in Cruce morientem? Quis unquam audivit, quis cogitavit aliquid æque ridiculum, quam sibi fingere futurum, ut homines eo usque decipi, fallique possint, idque ratione in speciem adeo inopia, rudi, crassaque? Hæc tamen infania ita stetit, & constans permansit, ut omnis humana sapientia illam confundere non poterit, neque vel levissimum evertit imperium, subvertit idola, quorum cultus adeo vetus est, & altas adeo radicesjecerat: hæc potest sublatae profanas superstitiones, impiasque Ethnici erroris leges constituit cognitionem, & cultus excipit, ignorabant; hæc denique hominum mores reformavit, hæc humanitatem, suavitatem, humilitatem iniecit in populos magis efferos, barbarosque. Fidei enim consonum est, eum, qui tamen Religionem instituit, adeo furiosum, ac dementem fuisse, ut fatendum esset, nisi fuisset Deus, alioque a Deo inspiratos nequaquam fuisse? Idem.

In ipsis Ecclesiæ incunabulis, ut super idololatricæ, aliarumque sectarum, quæ totum terrarum orbem late corruerant, ruina Christianismus constitueretur, donum miraculorum large hominibus concessum fuit, utpote tunc temporis in primis Honary Bibl. Tom. I.

necessarium. Sed post fidei institutionem, atque confirmationem; Deus, qui nihil unquam fecit inutile, parcius illud communicavit; hæc in re agricolæ solertiam imitatus, qui nonaque gerit curam arboris, quæ jam altas radices jecit fortisque ramos emisit, ac illius, quæ supereminet confusa fuit. Verum si dixeris, eo quod minime conspexeris hæc præteritorum sæculorum miracula, te istdem moveri non posse; reddam, dummodo oculos aperire velis, te illa ipsa adhuc esse visurum, Tempora hæc adeo vetusta, quæ postquam impio idololatricæ cultui dicata fuerunt, Deo vero consecrata sunt; hæc lapidum moles, hæc marmorea, ingeniosaque simulacra, quæ tempus nondum absumere valuit, augusta hæc, & venerabilia monumenta, quæ post tot sæcula vigent adhuc, jugiter loquuntur, ac prædicant, se mirabilium earum actionum virtute vel edificata, vel expiata fuisse; & res quarum adhuc vigent effectus, non esse anales narratiunculas, fabulæque. Idem.

Quantumvis parum veritatem inquis, ignorato non potes, Christianam Religionem miraculorum virtute in tot locos, ac populos latius fuisse diffusam, cum hoc neque armarum, vi, ut Mahometana, neque libidinum illecebræ, ut Ethnica; neque ratiocinandi acuminis, vel eloquentiæ furore, ut Philosophorum Sophistarumque sectæ, potuerit efficiere. At enim Gentiles etiam sua habent miracula, vel talem Auctores eorum, quibus aliis in rebus habemus fidem, mirabiles narrat eventus ex veteribus historiis, fabuloseque tempore scriptis desumptos. Verum si Ethnicismus sua habuit miracula, cur Christianæ Religionis miracula illa non opposuit eo tempore, quo hinc adeo crudele bellum indixit? Cur Ethnici Christianam Religionem amplexi sunt, quæ non aliter magis quam miraculis probatur, quibus ad eos convertendum utebatur? Ad hæc si Ethnicorum miracula a Deo proficerebantur, qui unus vera efficiere potest miracula, cur permittebat Deus, ut pro Christianis miracula fierent, & hæc aliis quibuscumque & numero, & qualitate, & certitudine, & virtute præferant; quemadmodum Moysis prodigiis Magorum Pharaonis præstigia superabantur? Igitur vel nulla Ethnici habere miracula, vel conficta hæc portenta fuerunt demonum opera, profus indigna, quæ cum miraculis Dei, a quo sublata fuerunt, conferantur. Idem.

Si adversarii ita sunt pertinaces, atque dementes, ut seipso excæcare velint, ne videant; quemcumque conatum exerant, quocumque acuminis utantur, nequibunt hoc eludere Dilemma ex S. Augustino desumptum: vel enim miracula, quæ ad Christianam Religionem probandam afferimus, in ipsis Ecclesiæ primordiis facta fuerunt, vel secus, si primum nihil obici potest argumento, quo Divina revelatio probatur; sin alterum, majus igitur miraculum fuit totius Mundi conversio sine miraculis facta. Idem.

Ob oculos primorum Fidelium nihil videbatur præter carnifices, carceres, aculeos, horribilescque mortis imagines. Illos prioribus tribus Ecclesiæ seculis, hoc est donec Christiana Religio in Imperio constituebatur, tamquam scelestos atque sacrilegos perlequebantur; idque quam atrociter, atque crudeliter! Quam ingeniosa erat ad illos torquendos sevitia! Quam variæ mortis species! quam inaudita supplicia! Quot martyrum Myriades cuilibet ætatis, sexus, conditionis, regionis! Quam fortitudinem, patientiam, lætiam, inter ignes, rotasque præfererebant! Ne tenuis quidem harum rerum idea tribui potest; tantum abest, ut diligentia narratione eas possumus complecti. Idem.

Neque dicas Mahometanam Religionem, aliaque sectas ingentes habuisse in terris successus; ea enim discrimina, quæ inter Christianismum, quæ Mahometismum occurrunt, & quæ sunt aptissima, illius quidem veritatem, huius vero falsitatem ostendunt. Nonne liquet vim, negotia, voluptates esse principia, atque fundamenta Religionis Mahometanæ, non fecus ac aliarum sectarum, quæ Christianismi partem corruerunt? Satis est Historias percurrere, ut hæc veritas innotescat. Nonne enim verum est Mahometi Legem sese estendere incepisse in gentem rudem, atque barbaram; ne obices inveniret, sese quodammodo accommodasse dogmatibus, atque ceremoniis Religionum, quæ ipsam præcesserant, uti patet ex circumfessione, quam ex Judaismo adoptavit, ex honore, quem JESU CHRISTO tribuit, atque pretio, in quo Christi-

Miraculorum argumentum invidiam esse.

De perfectiōne contra primos si delicta.

De perfectiōne contra primos si delicta.

stianismum habet, quin eas rationes aperiat, propter quas ab eodem recessit? Nihil sublime docuit, nihil quod humanas mentes posset superare. Impius Mahometus usurpator fuit, atque tyrannus, qui gladio fucinus legem suam promulgavit, qui pro ratione iniustitiam, atque violentiam adhibuit, ut religionem suam latius proferrer, flaretque. Ceterum legis suae contradictiones, atque absurda lenite studuit nescio qua boni publici specie, & iis omnibus rebus, quae sensum possunt allucere; ita ut illa neque statim detegi, neque reselli ab imperitis hominibus possent. Ad haec quas ille persecutiones passus est? Quid habet commune cum Ecclesia, quae per filiorum suorum mortem multiplicata est, & quae licet infirma, de hominum suorum potestate triumphavit? *Idem.*

Compendium rationis quibus Christiani probatur.

Ut paucis ea colligamus omnia, quae diximus, Christianae Religionis probationes consistunt in conformitate praecipitorum eius cum lumine naturali, in ea convenientia, quae inter mysterium, & Dei magnitudinem intercedit; in eo, quod adfert, auxilio; in iis, quae virtuti proponit, praemiis; in remediis, quae applicat vitiis; in suppliciis, quae iisdem intendit; in vitae puritate, & in eminenti perfectione, ad quam illos adducit, qui diligenter disciplinae suae praecipia sequuntur. Quae de his idololatriam profligatam, morum reformationem ipseque inveciam; conyersionem tot populorum, atque hominum sapientissimorum, qui postquam diligenti examine illam excusserunt, veritatis vi tandem superati Christianae Religionis nomen dederunt.

Nos autem, qui Christiani sumus, & divinas haec veritates cognovimus, simulac fere oculos aperimus, quos grati animi sensus fovere oportet pro insigni hoc beneficio quod negavit Deus tot Sapientibus, ac plurimis hominibus, qui secundum naturalis honestatis principia vitam se ducere profectabantur? Quomodo nam cogitatio adeo dulcis ex nobis non elicit lacrymas? Fateamur fidem hanc, quae nos a Judaes, Idololatriis, & Mahometanis distinguit preciosissimum esse thesaurum, qui divinitus possit concedi; illam toto corde amplectamur; sed praesertim illam omnium actionum, totiusque vitae nostrae normam constituamus. Si enim summa est pertinacia Christianae Religionis veritati oculos claudere, longe major infamia est, gravioribusque confringenda supplicia credere huius doctrinae veritatem, & post hanc acceptam ita vivere ac si de illius salutate non ambigeretur. *Idem.*

Si Evangelii doctrina vera est, ac praesertim si adeo validis argumentis probatur, qualia sunt insignia miracula, quae sunt illius veluti fundamenta; liquet vivendum necessario esse, quemadmodum illa jubet, quaecumque difficultas occurrat. Illationis huius ratio desumitur ex incomprehensibili felicitate, quam nobis Christiana Religio proponit. Ex omnibus iis causis, quae nos ad bene agendum possunt impellere, non alia potentior est spe gloriae, aeternaeque beatitudinis, quam Religio nostra nobis promittit in praemium. Non bona, non mala vitae huius aliquid habent, quod cum illa quaeque comparari; quapropter ibi invenimus quicquid necessarium est ut mundi sive illecebris, sive minis resistentis animamque inenarrabili laetitia cupulenus, quae caprum nostrum excedit, eamque fortitudine, & constantia maxime replet. Post haec nihil adeo molestum est, nihil adeo studiis nostris oppositum in severissima, atque accuratissima Evangelice disciplinae exercitatione, quod suave, & facile non fiat spe tantae mercedis; nihilque nobis arduum ac difficile videri debet, ubi aliquid agendum, vel ferendum est, ut illius possessionem, ac perfuisionem nobis certam faciamus. Mors, quae aliquo extremum, gravissimumque malum esset, nihil non beatum in se complectitur, ubi pro Evangelio, nostraeque Religionis professione subitur. *Desumptum ex Auctore Antiquo.*

Comparatio infirmitatis Ecclesiae cum grano sinapis.

Ecclesia, vel Christiana Religio, quam JESUS CHRISTUS comparat grano Sinapis propter iustas similitudines, quae inter utrumque invenitur, opus est adeo dignum potentia Dei, ut dicere possim, nunquam enutuisse magis, quam cum actum est de Ecclesia statuenta super ruinis idololorum, quae ubique fuerant adorata. In natura miraculum est, quod ex semine adeo minuto, quale granum sinapis est, arbor existat ramos suos ita late protendens, ut in illis aves caeli quiescant. At non he

alterum in gratia prodigium est, quod Deus homines congregare cupiens, ut inde unum efficeret populum, regnum unum, usus fuerit Evangelii praedicatione; & Verbum hoc ex spiritu suo emanatum, & per Apostolos annuntiatum, in agro tanquam semen uberrimum, fatum ita brevi creverit, ut Reges, ac Principes tertum fecerunt praedicationem adum existimaverint, si illic quiescere possent salutis suae consulti? *Sermo Manuscriptus.*

Si Infidelibus veritates fuissent propositae perspicuae, ac per se patentes ut ad solum eorumdem audium assentiri potuissent; si facili strata eisdem fuisset via, quae ipsos ad eam beatitudinem, cuius spes pro altera vita proponebatur, adduceret; si cum indocile eorum ingenium flecti non posset, adhibita fuissent blanda verba ad eorum voluntatem flectendam; si eloquentis lenocinia fuissent usurpata ad leniendos legis rigores, quibus deterrebantur; quae delicatissimis naturae studiis bellum indicit; fortasse non tantum esset miraculum, si tunc sese victos dedissent, atque Religionem fuissent amplexi. At ad Infideles occupandos nulla harum artium quaesita fuit; immo usurpatum est prorsus oppositum. Cum Idolis, quae videbant, atque atredebant, essent assueti, proponitur illis invisibilis Deus trinus in personis, unus in essentia, Deus caro factus, Deus caro factus puer, omnibusque pueri infirmitatibus subiectus. Illis auster, gravis, severa morum disciplina praedicatur, quae mentem dejicit, averit animum, affectus torquet, sensibus mortem adfert, totum hominem in statu violento constituit, quae ayaros, superbos, impudicos, qui in vitiis conseruerunt, docet mundi contemptum, humilitatem, sui ipsius abdicationem; quo igitur miraculo opus fuit, ut illi Religionem huiusmodi amplecterentur? *Idem.*

Quibus autem instrumentis utetur Deus, ut arduum hoc, magnificumque consilium exequatur? Numquid, ut tua fert opinio, pro Ministris Principes, atque Optimates huius saeculi assumet? Nequaquam; Disciplinae Christianae miracula relata fuissent accepta desiderio populus in officio continentendi cogendo illos, ut sese inveniunt charitate mutua complecterentur. *Non hos elegit Dominus.* Numquid Philosophos? Nequaquam; Mundi contemptus, quem Christiana profert Religio, adscriptus fuisset sublimiati sensum, quos suggerere potest Philosophia: *Non hos elegit Dominus.* Numquid Oratores, qui summas hae veritates, sed quae incredibiles videntur, persuadeant? Nequaquam; credidissent enim; eloquentiae eorum lenociniis huiusmodi in errorem inductos fuisset: *Neque hos elegit?* In quos igitur convertit oculos, ut tantum hoc, & adeo difficile opus adimpleat? In timidos piscatores, homines simplices, sine opibus, sine armis, sine auctoritate, sine humanis subsidiis. Deus enim ostendere cupiens legis suae praedicationem opus esse suum, de hominum superbia triumphare voluit humilitate, atque ut iis instrumentis, quae mundo minus apta viderentur, & teipsa essent infirmiora, ut quidquid in mundo sapientissimum, maximum, & potentissimum est confunderet. *Idem.*

Si scire cupis, quoniam fuerit tanti huius operis eventus, haec tibi respondeo Evangelii verba, quae alia in occasione dicta fuere: *Veni, & Vide;* quam celer, rapidiusque fuit cursus praeter omnem expectationem, quam sapientes, atque mundi huius Politici concipere potuissent. Diocedem hi piscatores, qui nunquam litteras, scientiasve didicerant, mundum idololatriae mancipium aggreduntur, confundunt Sapientes, erudunt Optimates, convertunt populos, confringunt idola, eorum aras, ac templa diruunt, omnemque terrarum orbem Dei unius crucifixi subiciunt imperio. *Veni, & vide Idola,* quae elapsis retro saeculis adorata fuere, pedibus attrita, fracta, vel fusa; Daemonum cultum sublatum; Evangelium, legem hanc adeo austeram, & naturae corruptae studiis oppositam, receptam, probatamque, hominem turpissima crucis morte enecatam pro Deo vero habitum, agniturque; *Veni, & vide.* Quid? universalem Mundi mutationem, mores illius qui nequissimi erant, sanctissimos fieri, vitam, quae penitus iniqua invertebatur, sensus deleri, Reges ac Imperatores adorare Crucem, quae visa fuerant Judaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitia. *Idem.*

Instrumeta quibus utitur Deus ad populos idololatriae cultores convertendos.

Si supplicia cessabant, odium, & contemptus nunquam cessabat; licebat semper in Christianos contumeliosas voces evomere, in illos linguam, calumniamque acere eosque irritare; & tota plaudente caetera in locum traducere; haec omnia non impune solum abibat, sed probata erant, & soli si loci, quos ex Cello adfert Origenes, sufficere, ut liqueat, quam indigno haberentur. Facere non poterant, quin quotidie profanas Ethnicorum caeremonias intuerentur, quin ubique infamissimis occurrerent simulacris, quin per obscenissima lustra transirent, & undique impios, impurissimosque sermones audirent. Opus proculdubio erat animi fortitudine, & constantia, ut inter tot obices fides viva, integre mores se servarent, *Florus, lib. de Moribus Christianorum.*

Fides, & Religio nequaquam instituta fuit Apostolorum eloquentia; eorum sermo simplex erat, & sine furo: *Nonne in sapientia verbi.* Atque facile erat, ut, quae docebant, crederentur; quippe Deum crucifixum praedicabant: *Praedicamus Christum, & hunc Crucifixum.* Neque hoc indulgentiam eorum disciplinam acceptum est referendum; hancque, uti praecceptor suus de Cruce, paupertate, ac patientia tantummodo loquebantur: *Qui non accipit Crucem suam, qui non renuncierit omnibus, quae possidet.* Quomodo igitur praedicationi adeo novae, atque inaudite mortales sese victos dederent? Tot eruditi viri potuissent mentem suam submittere veritatibus adeo incomprehensibilibus? Tot voluptatibus additi tantam mortificationem amplexi fuissent, si Apostoli Divinum praecceptorum praecones nequaquam fuissent instrumenta potentiae Dei, & si nubes haec divina fulgoribus suis in admirationem non rapissent terram omnem, antequam eam suis imbris irrigarent? *Frontonius Sermo de miraculis.*

De Religionis institutione Apostolorum appi.

Nonne admiraris audaciam, quae duodecim pauperes piscatores inter se totum terrarum orbem distribuunt? Verum est Alexandri quoque successores illum inter se fuisse paratos; sed ille mundus erat iam victus, cum JESU CHRISTI discipuli eum sibi vincendum partiantur. Alius quidem Afrix, alius Aegypti, alius Indiaram subigendam provinciam sibi elegit, & eorum Regionum, quo maximorum Ducum arma non pervenerunt. Quod vero magis mirum est, omnes expeditio-nem suam optatum finem assecuti sunt. Qua autem via? hoc quoque mirum: doctrina videlicet contraria sensibus, ac rationi, saltem in speciem, crucifixum Deum praedicantes. *Idem Serm. de Transfiguratione.*

Nisi persuasum fuisset Apostolis de veritate eorum verum, quae praedicabant, quidem interfuisset aliquot pauperulorum in errore revertentium, utrum Gentiles Deum verum cognoscere, necne? Quid falsorum testium, ne homines mendaces essent, & nequam? Quid hominum, qui in horrore, & odio habebantur, ut mortales esse mutua charitate complederentur? Quid victimarum odii comitum? Quis crediderit eos nequam esse voluisse, ut alios bonos viros efficerent? universonum genus humanum fallere, ut fidelitatem veluti sacram, ac hostes fieri ut nos mortalibus omnibus benevolos facerent, & insigni calumnia, gravissimoque scelerum proponenter Religionem, quae ad sanctificandum genus humanum collimat? *Abadia Traet. de Veritate Religionis Tomo 3.*

Nihil videtur admirabilius, quam quod cum JESU CHRISTUS mundum universonum velle accipere, adeo infirma elegerit instrumenta, ut quod sibi proposuerat, evinceret. Mediabatur imperio eorum eversorem, idolorum interitum, Daemonum eadem; ad quae perniciosa, videbatur congerenda ab ipso fuisset magna auri, argenteaeque vis, maxima militum copia, quae locupletissimae praedae spe illecta adeo arduum opus aggredierentur. At tamen duodecim eligens piscatores eos jubet relinquere parum illud boni, quod fuerant sortiti, prohibens, ne ferant arma, ne commeatu ullos sibi comparent; atque ita rerum omnium egenos ad Mundi totius acquisitionem dimittit. Mirum! vult, ut eorum infirmitas Regum potentiam profrenat, ut eorum humilitas Imperatorum dignitatem confundat, & ne quis crederet, Mundum a se emptum, non acquisitionem fuisse, vult milites suos pauperes esse. *Non divites; sed piscatores Christus elegit, ne mundum redemisse divitiis videretur, ia-*

Infirmas instrumentorum quibus utitur Deus, ut Religionem suam institueret.

quit S. Ambrosius. *Frontonius Panegy. de Sanctis Ordinis Benedictini.*

Ab exiguis iniis brevi eo crevit Religio, ut maxima terrarum superaret imperia & latitudine, & diuturnitate; latitudine quidem; non enim intra Romani imperii fines se continuit; Christianismi gratia, S. Proserpita, plures saepe Crucis nationes subiecit, quam Roma armis subiugavit; diuturnitate vero, quia, ut ait S. Augustinus, sese exulit ultra mundi huius principatus, quibus nulla stabilitas est, quia obnoxia sunt temporum inconstantiae, ac varietati. Omnia denique mundi regna in nihilum redigenda sunt, sed Filii Dei Regnum nullum est finem habiturum. *P. Noort in Meditationibus suis Tomo 5.*

Dicendum profecto est Christianam Religionem esse necessariam, atque perutilem, quandoquidem Sapientia Dei nos ad eam tot rationibus adducit; nobisque admirabilis esse debet, atque magnifica, quia quodammodo Coelum, ac terra, praeteritum, atque praesens, eventus, qui communem naturae cursum sequuntur, & illi, qui supernaturales sunt, & miraeulosa. Prophetarum denique, & Apostoli, quorum alii alios minime noverant, in hoc confuso, ac unanimi consensu conveniunt, ut nobis eam cognoscendam tradant, atque rapiant in illius admirationem. *Abadia Tomo 2. Traet. de Veritate Religionis Christianae sessio quarta.*

Non desunt Religiones quaedam, quae suos jamstant martyres: sed quos martyres? superstitiosos, qui sese morti obiciunt, qui illi mori, quae faciunt instar barbarorum, qui caeterarum istae idolum suum corruunt, ut ingens illud simulacrum pertransiens suis rotis illos conterat, atque comminat; Sed non aliam praeter Christianam Religionem invenieris, quae confirmata fuerit sanguine plurimorum Martyrum, qui morte occumbunt, ut id tueantur, quod sciunt; qui cum nequam essent, facti fuerint sancti propter fidem in Dominum, & qui denique ubique gentium diffusi, morientes, quin numerus ipsorum imminuat, & per mortem quodammodo sese perennantes patiuntur cum gaudio propter certitudinem, qua spernant futurum ut post mortem coronam acquirant, certitudinem, quam ex iis, quae viventes videre, deducunt. *Idem.*

De Martyrum testimonio.

Quantumvis parum aliarum Religionum principia investigentur, liquet eo tendere, ut evertant principia rectitudinis illius, quam in omnium hominum animis infudit Deus, atque ut eorum corruptioni blandiantur. Qui Christianam Religionem insepexit, agnoscat e contra eo ipsam tendere, ut corruptionem tollat, & haec rectitudinis principia in animabus nostris restituat. Ethnici affectibus suis eosque blandiuntur, ut illis arae adificent. Mahometus ita temporalem amat felicitatem, ut eam sine fine, & religionis mercedem constituat. Putant Gnostici, cum ad certum cognitionis gradum pervenerint, quem statum perfectionis appellant, sibi licere sanda insanaque omnia facere citra quamlibet religionem, & quod ia aliis culpa non vacaret, in ipsis esse ab omni sceleris suspicione immune. Quos errores? quam impietatem! quam admirabilis est Christiana Religio, cum sola ex omnibus Religionibus efficiat, ut corruptionem nostram agnoscamus, eique medeatur pharmaciae zque spiritui salutaribus, ut divinitas hominis imaginem ferret; ideoque eorum institutores facere non potuerunt, quominus divinitatem exhiberent infirmam, miseram, vitiis conquinatam, quemadmodum homines sunt; cum Christiana Religio doceat, homini ferendam esse imaginem Dei, quae non perfectos esse cogit, ut Deum sanctum, perfectumque esse profiteamur. Si flagitia sunt horribilia, quis non fatebitur Christianae disciplinae instructionem divinam esse? *Idem.*

Disciplinae Christianae praesentia.

Ante Christianam Religionem ignorabatur, Crucem esse gestendam, beatos habendos pauperes spiritui, & eos qui propter iustitiam perfectionem patiuntur; inimicos esse diligendos, & orandum pro illis, qui nos persequuntur; mala, & calamitates non solum esse ferendas, sed letandum, ubi zrumnis affligimur; & passionum nostrarum mensuram, tanquam gloriam, & felicitatis nostrae mensuram esse existimandam. Homines nunquam hoc cogitaverant. Stoicorum paradoxa his longe cedunt, nec citra admirationem intuemur simplices, rudesque piscatores, quibus hi sensus fuerant tantum

tum supra eorum captum elati, quantum funt hu- mani cordis affectionibus opposit. Idem.

De My- steriorum no- strorum presentia.

Myseria, que nobis in Religione sua Deus re- velavit, similia videntur nebuloſe columnæ, quæ silurum Israel in deserto dux erat; alterum enim latus habent refulgens, alterum obſcurum: illa ne- que per nos, neque per rationis lumen videmus; neque eam habent evidentiam, quam in metaphy- ſicis demonstrationibus quæritur, sed eorum, per- ſpicua est revelatio, & rationes, quibus ad ea cre- dendam impellimur, omnem habent moralem evi- dentiam, quæ potest optari; eaque (si considerem- us ex hac parte, quæ aliquam tamen habet ob- ſcuritatem, non enim agnoſcimus illa nisi per ſi- dem) magna sunt, sublimia, conformia nature rerum earum, quæ Deo dignæ sunt; atque ardiſ- ſimo nexu conjuncta cum intermandis cordis, mentisque nostre principis. Idem.

Dicant Ethnicis, cur oracula sua contigerint tunc temporis, cum Apostoli Christianæ Religionis mysteria annuntiarunt; & quomodo sanctorum ho- rum hominum sonus cum ad extremam usque ter- rarum oras pervasisset, æternum indiderit silen- tium oraculis, quæ diu fuerant locuta; quod in causa fuit, ut profani Auctores inopinati huius silentii causam investigarent. Quod enim Julianus Apostata dicit, oracula apud Iudeos etiam siluisse, hoc nihil illis prodest; nostri enim Prophetæ præ- dixerant futurum, ut prophetia donum auferretur; sed ubinam Ethnicorum oracula proprium silen- tium fuerant vaticinata? Idem.

Qui pro Religione pati sunt, illis de hu- jus verita- tis certita- tum erat.

Haud ita facile credideris, eos homines, quibus recti sensus erat particula, bonis suis abrenuntia- re, atque constanter subire mortem, ut causam aliquam tueantur, nisi validas habeant rationes, quibus acti eam bonam existimant, quomodo Mar- tyres fecerunt. Hi enim non solum homines sunt, qui cum nati sint Christiani, cæce natiuitatis, & institutionis suæ præiudicia sequuntur; de innu- meris agit, qui ex Ethnicorum castris in Christi- anorum sacra transfierunt, & qui iis immunes præ- iudiciis, quæ nos ab ipsis incunabulis, & educa- tione imbiberi conuevimus, immo alia Christi- anæ Religioni opposita prorsus habentes, pro illa mortem subeunt, ubi eam semel agnoverunt. Ho- mines nati, ac pacifice in aliqua Religione viven- tes, credere possunt cæce, quod ibi creditur; sed qui cor hominis noverit, cogitare non poterit; a- liquem hæc abdicare præiudicia, & sibi charissi- mam affectionibus inferre vim, ut eam Religio- nem amplectatur, quam Principes huius terre a- qua, & igni persequiebantur, quin illam prius ad examen vocet, & sciat, qua de causa illam am- plectitur. Abadja Tractatu de veritate Religionis Christianæ.

Si Apostoli seducti fuissent, tamquam terribi- pis factores, qui cum pudore fateri debebant se fuisse deceptos; timidi pifcatores poterantne fabulam comminisci, illam tanta confidentia predicare, tantaque audacia affirmare, & cruciatibus, ipsique morti sese obicere, ut incredibile commentum viderentur? Potestne in alicujus mentem venire, se solum omnibus hominibus os sublinere posse fa- bulam narrando; & si hoc in alicujus mentem ve- niret, aliine ita dementes essent, ut illius senten- tiam adhererent? Fieri potest, neminem eorum palmodiam canere, neminem sibi contradicere, omnesque unanimes consensu, licet sævisimis tor- queantur suppliciis, factum illud testari, quod si- dum, atque chimericum esse sciant? Hoc absurdum videtur, & incredibile. Idem.

Si hæc esset illusio, quis putabit, eam unanimes consensu a mortalibus teris omnibus recipi potuisse, eamque fuisse conuictam cum moram disci- plina adeo præstanti, sublimi, & æquitate refer- ta, quod ipsi etiam nostre Religionis inimici sem- per existimantur? ac demum virtutes omnes ex errore nasci, & ut ita dicam, ex huius demen- tie sine prodire: quæ mundum immutat, & hu- manum genus sanctificat ea adimplens Oracula, quæ Gentilium vocationem prædixerant? Quod si homines isti seipsos non fallunt, multo magis om- ni suspitione vacant, velle alios in errorem indu- cere. Idem.

Instrumen- torum ele- ctio fasit ostendit Deum hu- jus Reli-

Electio quoque instrumentorum adeo vilium, atque abjectorum, quibus Deus uti dignatus est, ut maximum, quod unquam excogitatum fuerit, opus perficeret, melius adhuc nobis ostendit, quam cætera, ea in re Dei digitum fuisse operatum. Si

pro ministris sibi cooptasset Principes, atque Opti- mates terre, forsasse Christianæ disciplina mira- bilia dogmata politica fuissent abjudicata, ac pu- blicè inde profecta, ut populi in officio contine- rentur; si Philosophos elegisset, eorum integritas, animique ab omni cupiditate vacuus fuisset ad- scriptus eorum virtuti, & superbe sedæ eorum, atque sublimitati sensuum, quos inspirat Philo- ſophia; si Oratores assumpsisset; hi eloquentia suæ lenociniis mortalibus os sublevisse crediti fuissent; si demum potentes, atque divites delegisset; præ- dicationis eventus eorum latrocinibus acceptum re- ferendum existimasset. Idem.

Notatu dignum est, reliquas omnes Religiones vel insignium prosperitatem afflante aura fuisse in- ſtitutas, veluti Mahometanam, atque Paganam; vel astu, atque industria eorum, qui ad summam dignitatem evecti maxima pollebant auctoritate? Christianismum vero brevi temporis intervallo humano corde, ac mente fuisse positum, tunc temporis, cum opprobriis, atque ærumis sepius erat, atque terre Principes nullam non move- bant lapidem, ut illum in ipsis incunabulis extin- guerent, & ad id ea excogitabant supplicia, & cruciatus, quos nulla res alia potuit invenire. Idem.

Auctoris sui mors ipsi vitam contulit, & qui ad eam contumendam electi fuerunt, non aliis usi sunt armis, quam miraculis, non alia tuba, quam Evangelio: seipos pro Religionis huius defensionibus devoverunt; & sanguis, quem ad eam tuendam effuderunt, plures fortasse, quam ipsi prædicatione converterit. Ubinam inveniri potest Religionis insti- tutione ratio hæc mirabilior, per auctoris sui necem, per præcipiorum captivum eadem, per sub- ditorem suorum martyrium? Ad hæc quomodo- nam sese illa diffudit, quomodo progressa est? Il- lane patientia, rursus, & virtute armata propul- sare potuisset ærumorum vim, Philosophorum fa- cientiam, Oratorum eloquentiam, nisi dævium aliquid extitisset? Possentne subsistere inter tot hostes, qui illam undique premebant, atque adeo violentis, iugibusque persecutionibus exagitabant? Desumptum ex Auctore Anonymo.

Testimonium, quod Ethnicis coacti fuerunt Christi- anæ Religionis perhibere, non parum illius glori- am commendat. Nemo nefic qui respondit neficio quis Magistratum obtineret, quod tubertur dili- genti mandato obtemperaret, quod tubertur dili- genti conquiret, quænam esset Christianorum vita, & quæ scelerata, quorum nomine accusaban- tur, ita Trajanus Imperator rescripti; præter con- stantem voluntatem Diis non sacrificandi, nihil se didicisse de Religione eorum esse illis, qui ab eo- rum fide desecerant, nisi illis in more fuisse con- veniendi statim diebus, ac simul carerent Hyntinos in JESU CHRISTI laudem, tamquam Dei alicui- jus, atque ut sese Sacramentis obstringeret, ne seelus ullum perpetrarent, sed latrocinia, furta, adulteria, fraudes, perjury diligentiſſime fugerent. Hoc illud est testimonium quod Christiani nominis hostes illi perhibere coacti fuerunt; namque post- quam eorum doctrinam, atque instituta investiga- re conati sunt, id cum robore profiterentur, quod honestatis suæ ratio occultandum esse vellet; vide- licet eorum seelus in hoc esse positum, quod ab omni scelerate abhorrent, & prohibent, ne quis seelus ullum committat. Fidem profecto merentur Ethnicis cum de Religione Christiana cum laude loquuntur, quandoquidem illam damnant, eam- que persequi sibi gloriam verterunt. Nemo menti- tur, ut sibi impleti dedecus inferat; infideles tam- en lumine victi, quod eorum oculos perscringe- bat, veritatem, atque virtutem pro mendacio, atque vitio desumpserunt, & Christi fidelium in- tegræ probantur, illos accusantes quod palam eam profitebantur doctrinam, quæ adigebatur malum evitare, & per quam non licebat illis ali- quid improbe facere. Morel, l. de Religionis veri- tate.

Opus non est argumentis ex lumine naturali de- sumptis ad probandum Evangelii fidem a Deo appro- batam fuisse. Satis est oculos aperire, ut vi- deantur prophetæ, quæ multo ante prædixerunt Christianæ Religionis statum cum omnibus parti- cularibus circumstantiis, necnon omnia miracula, quæ patrata fuerat ad celestem doctrinam, san- ctasque illius ceremonias confirmandas. Ubi hæc apertissima divinæ omnipotentis videantur indi- cia,

gloſis in- notom.

Christia- na Reli- gionis sa- laritas adimibi-

Christia- na Reli- gionis sa- laritas adimibi-

Christia- na Reli- gionis sa- laritas adimibi-

Prophetæ, atque miracula certa sunt testimonio veritatis huius Re- ligionis.

cia, fatendum est, Deum illius auctorem simul, & approbatorem fuisse; ipse namque unus similia edere potest miracula contra leges nature, ac su- pra vires ejusdem. Idem.

Prophetæ completæ.

Scripturas evoluite, & considerate Prophetas, qui pridem annuntiarunt Christianam Religionem instituendam a Deo; & fatebimini, ipsum unum illius esse auctorem, cum ipse unus Prophetas in- spiraret, atque in hac scientia erudire poterit. Ibi patet, quomodo prædixerunt rationem, locum, ac tempus natiuitatis JESU CHRISTI, miracula vitæ, ac mortis ejusdem, & Ecclesiam super ido- latriæ excidio instituendam. Pluribus ante sæcu- lis scripserunt, Deum hunc datum suæ potesta- tis, & bonitatis signum; Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel; Iſaia 7. & Bethlehem futurum locum, unde egredietur, qui fit dominator in Israel; & egresus ejus ab initio, a diebus æternitatis; Mich. 5. Non auferretur scripturam de Juda, & dux de femore ejus, do- nec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Genes. 49. Et quin singillatim omnes afferam Prophetas, solus Iſaia aliquibus in locis ita perspicue locutus est de Salvatoris passione, & de nominis ipsius gloria apud Gentes, ut eum le- gens diceret postus esse Evangelistam, quæ facta sunt, enarrantem, quam Prophetam multo post futura prædicentem. Idem.

Quod vero magis est admirabile, & quod am- modo visibilem præbit Dei invisibilis gratiam, gau- diam esse, quod Martyres super rotas, & sævisi- mus inter cruciatus testabantur. Quis enim memi- nis potest tot mortalium myriades ex omnibus regionibus, & omni sexu, omnibusque conditioni- bus cum gaudio perulisse adeo sæva tormenta, ut Christianam Religionem tuerentur, quin tempore eodem arguat, unum viventem Deum, quem illa colit, replere potuisse corda eorum incomparabili suavitate, quæ interiori, sensibili illos affectu lætitia, quæ profecto non nisi a Dei gratia potest procedere? Idem.

Si operosum semper est prima, quibus imbuti fuimus, exere præiudicia; quænam ratio converte- re potuisset omnes homines, qui Ethicæ super- stitionis illusionibus, atque erroribus occupati erant, ut JESU CHRISTI fidem amplecterentur, quæ om- nem intellectum superat; quæ affectibus omnibus est opposita, & omnes sensus impugnat? Quænam ratio persuadere potuisset, Deum, qui beatissi- mus, & immortalis est, sese hominem mortalem effecisse pro salute hominum, qui voluntatibus suis erant rebelles? Quænam ratio impellere potuisset homines, qui amore proprio tenentur, & affe- ctuum suorum illecebris tantopere voluptates, o- pes, & honores inquirunt, ac sensibilibus bonorum omnium contemptum, ut non aliud desideriorum suorum habeant obiectum, quam gloriam Dei? Quænam ratio illos inter ignes, & rotas ad mar- tyrium constanter subeundum amare potuisset? Quænam ratio postea adhuc eas mirabiles mutatio- nes perficere, quæ quotidie videntur? Profecto mi- rabiles hæ mutationes, hæ conversiones de infide- litate ad fidem, de errore ad veritatem, de omni- genis vitiorum habitibus ad vitam sanctam, in- tegerrimamque esse non poterant nisi opus Spi- ritus Dei omnipotentis, non autem humanæ persua- sionis. Idem.

Eo in statu, in quo sumus post Adæ lapsum a sensibus, & imaginatione nostra pendentes, affe- ctibus obnoxii, eorum rerum mancipia, quæ no- bis afferunt voluptatem, per nos ipsos infringere nequaquam possumus vincula, quorum pondere preminur, neque ex ea emergere, quæ nos fasci- nat, captivitate. Hoc probavit opus esse revela- tione, quæ non solum nos de officiis nostris eru- dierit, sed quæ nobis etiam ferret opem, & neces- saria subsidia ad illa ea, quæ possumus, perfectio- ne adimplenda. At Religio sola, & JESU CHRIS- TI disciplina characteres habent perfectæ revela- tionis essentialis, promittendi solidam veramque felicitatem, docendi viam, quæ eo pervenitur, ea ratione quæ ad totius mundi captum sit accommo- data, atque necessaria tribuendi subsidia ad supe- randos omnes, qui in veritatis perquisitione, & e- xercitatione virtutis occurrunt. Dico igitur Chri- stianam Religionem præcepta irrogare mortalibus omnibus accommodata; omnes enim homines æque magni, & parvi, divites, & pauperes, docti, in- doctique indiscriminatum ad Christifidem suam evoc-

candi. Vassor. Tractatu de vera Religione l. 4. part. 2. cap. 1.

Vellem quidem huius farinae homines sincere di- cerent, utrum attente fuerint meditati spiritum Christianæ Religionis, Auctorem ipsius, eos, qui primum illam Ethnicis annuntiarunt, insignem pro- gressum, quem Apostoli, eorumque discipuli brevi consecuti sunt, & prope infinitum Martyrum nu- merum, qui tribus prioribus Ecclesiæ sæculis ex- quisitissimis effecti fuere supplicis. Hæcne illi simul contulerunt? numquid seipsos interrogant, utrum fieri possit, ut Religionem mundi Religio- nibus prorsus oppositam quoad morum disci- plinam, mysteria, & promissiones, atque con- trariam præiudiciis, atque affectibus hominum, tot mortales fuerint amplexi, qui pro illa abrenuntia- runt iis omnibus, quæ in mundo alliciunt, & plac- cent? Si hæc serio cogitarunt, cur non inde argu- menti sunt, præcipua facta, quibus ad Religionis nostræ veritatem ostendendam nitimur, certa esse, atque verissima? tandem enim hæc omnia statim ob oculis eorum sese offerre mihi videntur, qui ad ea animum velint advertere. Idem cap. 6.

Christiana Religio omnes religiones evertit, quæ ante ipsam existerant; Ethnicismum quidem sacri- legum, ac insanie redarguit; si Judaismi funda- mentalia recipit principia, tenet tamen illex cen- tesimo fallacibus Traditionibus esse corruptum; abrogat quicquid in illius cultu magnificentum, & insi- gne erat, ut Spirituale tantummodo adora- tionem sequatur; loquitur solum de mortificatione, poenitentia, voluptatum, ac summetipsi abdicatio- ne; quam vero pro tanto hoc sacrificio merce- dem pollicetur? Infinita profecto, æternaque bona; quæ tamen hic in terris non gustantur, neque sentiuntur; spem nobis inducit Resurrectionis mor- tuorum, quæ ante præ cæteris maxime incredibilis Ethnicis videbatur; cum enim Sandus Paulus de eadem loqui voluit in Areopago, & coram Philo- sophis Athenarum, sibiis exceptus fuit, & tam- quam inaniter blattero existimatus. Denique ut par- ticipes simus promissionum Religionis Christianæ, omnem in JESU CHRISTO crucifixio fiduciam statuamus oportet, quod nonne Judæis quidem scandalum est, gentibus autem stultitia? Nosmet etiam preparare decet ad omnia quæ excogitari unquam possunt, perseveranda mala, ad odia, per- secutiones, calumnias, contumelias toto vite tem- pore subeundas; quid ergo in hæc aderat Religio- ne, quod mortales possent allicere?

Quæ quotidie certamina prebeunda non sunt, ut secundum huius Religionis præcepta vivamus? Quin nobismetipsi vim gravissimam inferamus, si erine potest, ut oderimus ea, quæ nobis chariora sunt, ea vero quæ sunt invita, diligamus? Ad id ergo re- quiruntur, ut fides in homine inversionem ipsi fini- lem pariat, quæ in toto terrarum orbe peperit, ubi ab Apostolis ubique gentium fuit annuntiata, & quomodo populus impulsit ad comburenda idola, quæ venerantur, & Crucem, quam combure- bant, adorandam, hoc ipsum in homine Christi- ano operatur. La Font dans ses Entretiens Ecclesia- stiques.

Omnis prudentia sæculi erat confundenda, poli- tica artis callidiores falsitatis, & mendacii nomi- ne redarguendi, & ex omnibus ignorantia, ac il- lusionis, quæ decepti erant, extorquenda confessio. Omnis humana potentia quodammodo ad nihilum erat redigenda, eludendi conatus omnium Princi- pum terre. Imperatoribus oblatandum, & de Ty- rannorum furere triumphus agendus. Denique tot erant inferenda prælia, tot referenda victoria, quot erant hominum capita. Neque ex infirmiori parte initium erat ducendum, sed ex florantissimo Terrarum populo, ex imperio Romano, ipsaque Roma. Ubi omnia solo æquata fuissent, super ido- latriæ ruinis ædificanda, extruendaque erat, quid? JESU CHRISTI Religio; Sanctum hoc ædificium, quod non longæ temporum revolutiones, non vio- lente procellæ defecturæ essent, immo neque concussuræ. Agebatur, inquam, de promulganda in mundo ea fide, quæ prorsus opposita est humanis rationibus, atque sententiis, quæ melius confutata videbantur apud Philosophos, qui populorum tunc præceptores erant, atque Oracula. Ad hæc id age- batur, ut hominibus, quibus honoris sui ratio maxime curæ est, eam placeret subire legem, quæ ignominia, ac turpitudinis notam secum ferebat, ex quo JESUS CHRISTUS illius auctor palam ac-

Contra sacerdotum, ac impios.

Quanti operis est hac Re- ligionem institueret.

ni contrarium; validissima ipsorum argumenta, demonstrationes, quas præterunt; hæc omnia quin fidem meam concutiant, me in eadem confirmant, & inconcussam efficiunt. Omnes hæc difficultates non obstituerunt, quominus Religio institueretur, & ab omnibus populis pro vera Religione agnosceretur. Immo hæc illi etiam amplexi sunt; qui hæc ipsa obsecrant argumenta, ac præ cæteris illorum vim exploratam habebant. Idem.

Quænam erat difficultas in Christiana Religione institenda? Quisnam putasset in mundum tot sceleribus inquinatum atque corruptum tantam invehi posse reformationem? Potiusquam homines ad hanc mutationem traderentur, nonne illis natura mutanda esset? Hæc tamen mutatio in ictu oculi pene perfecta est. Christianismus cum duris legibus suis receptus fuit a populis, qui præ cæteris voluptatibus erant nati, molles, superbi, indociles, bruti similes. Hæc præcepta, quæ Christianis improbis videntur impossibilia, recepta fuerunt a Romanis, Grecis, Scythis, Persis, Indis, Aegyptiis, Americanis. Hos disciplina severitas non deterruit; hæc non prohibuit, quominus bonorum, vitæque lux impendio Salvatoris fidem amplecterentur. Idem.

Annales nostri pleni sunt miraculis, quæ Gentium conversionem sunt operata; occurrunt ubique morborum curationes, mortuorum resurrectiones, procellæ vel excitata, vel sedata ad nutum Apollorum. Lingua una, eademque a plurimis diversis populis intelligitur, oracula ad Evangelicæ Præconis adventum obmutescunt, Dæmones JESU CHRISTI nomine e corporibus expelluntur; idola, ipsaque sana ad simplicis Christianicæ preces corrumpunt, famelicæ leones Martyribus sibi in prædam projectis absumunt, ignis Virginibus parcat, Ethnicisque absumit, qui illam incendunt. &c. Hoc, Auditores, mortales cogit id credere, quod credimus: hæc sunt argumenta, quibus Infideles victi, ad fidem conversi sunt. Idem.

Simulac Religio hæc in terris apparuit, mundus universus ad eam evertendam insurrexit. Undique, tamquam ad ignem conclamatum est; ubique sanguinis flamma fluxere ad extinguendam remanentem hanc, de JESU CHRISTI cineribus quodammodo producentem: ignis etiam in quatuor terrarum angulis accensus est. Prioribus duobus Ecclesiarum sæculis quatuordecim insignes persecutiones numerat S. Augustinus; quarum unam illa a Judeis, decem a Romanis Imperatoribus, aliam sub Valente, ac novissimam in Perside sub Sapore Rege perpeffa est: hoc est ducentorum annorum tempore, atque ultra quicumque cupiebat JESU CHRISTI fidem amplecti, periculum subire debebat jacturam faciendi honorum, bonorum, libertatis, & vitæ. Idem.

Cum prodito coram Deo, si, quod fieri nequam potest, in Religionis electione fuisset deceptus, cum Sancto viro illi dicerem, ipsum talem veritatis caracterem fidei nostræ, atque adeo apertæ certitudinis mysteriorum, quæ revelavit, notas dedidit, ut si deceptus fuero, me ille deceperit: Domine, si decepti sumus, a te decepti sumus. Ad hæc, o Deus, si deceptus fui, ideo deceptus, ut tibi placerem. Eos omnes intuitus sum, qui cultum tuum prolestant, atque inter varia illius genera, illum optavi, qui mihi equior, & sanctior est visus. Si in hac electione deceptus fui, non id accidit, ut meis blanditer affectibus; hæc enim una Religio eos annihilat, ipsosque internos motus evertit. Quænam ratio me ad id adigere potuisset, nisi ut tibi placerem? Bonorum amor? Religio tua hæc aspernatur; suadet etiam, ut ea relinquamus, & prohibet, ne illa affectione ulla profequamur. Amor voluptatum hæc verat; is vero, quæ permittit, angustissimos fines circumscribit. Idem in Christianis considerationibus.

Si Christianismus Apostolorum est opus, non Dei, fuit igitur in eorum potestate, eum sibi mihiorem efficere; sed tantum abest quod hæc ipsis mens fuerit, ut dici possit, ipsos id unum questivisse, ut Religionem invehent totius mundi ingenio, ac studiis profus oppositam. Hæc neque libidinosis blanditur in voluptatibus, neque ambitiosis in honorum cupiditate, neque avaris in opum sui dominantibus etiam affectibus comprimit, eosque deleri jubet, in hoc Mahometanæ Religionis opposita, quæ iidem affectibus vellicatur, atque ad id instituta fuisse videtur, ut homines in naturali corruptione confirmaret. Christianismus neque Judæorum ingenio, vel spei, neque Ethnicorum moribus sese ac-

Quænam erat difficultas in Christiana Religione institenda?

Persecutiones in Christiana Religione obortæ.

Si in fide decepti es, semper coram Deo efficimus excusati.

commodabat. Liber, cui titulus, la Defense de la Religion Chretienne contre le Desher.

Si operis hujus magnitudinem ulterius scrutari Deo Fidei vis, agitur de evertendo Dæmonis imperio, ac tyrannide, quam in animas exercet; imperio æque veteri ac terrarum orbe, & veritate sua quotidie invalenscente: agitur de libidine extinguenda, & de philautia auferenda, ut caritas vigeat. Delubra, atque aræ, quæ Oratorum eloquentiæ, Philosophorum sapientiæ, Magistratum politica, Regum auctoritate, Dæmonum potentia posita sunt, atque confirmata, sunt evertenda. Ignoto Deo adhibendi sunt honores, & cultus, quos plurimum sæculorum præscriptione amiserat. Hoc JESUS CHRISTUS faciendum aggreditur. P. Dozonne libro de JESU Divinitate.

Ubi consideramus statum, in quo versabatur Mundus propter tumultus, atque dispersiones, quæ per Evangelii occasionem oborta sunt, non aliam aptiorem ad hæc exhibendas imaginem nanciscimur, quam statum, in quo mundus adest, cum adhuc omnia continerentur in Chaos. Terra erat informis, & vacua; vitæ principia ibi cum principis mortis considebant: lumen mixtum erat cum tenebris; ubique horror, ubique eras confusio. Sed Spiritus Dei movebatur super faciem abyssi, ac secundas causas præparabat, ut de tenebris lumen, de belli sine pacem, & hunc terrarum Orbem adeo perfectum, & affabre conditum ex illa confusione, atque perturbatione deinceps educeret. Talis erat status, atque confusio, in qua mundus versabatur, ubi Evangelium caput prædicari: Lumen consistit cum tenebris, vitæ cum morte commixta sunt, Cælum cum terra pugnavit, ignis Spiritus Sancti cum carne, & Sanguine confusus fuit. Diffidit in familiis, in Regnis, in Rebus publicis oborta sunt; omnia fuscæ deque perturbata fuisse videntur. Liber, cui titulus, les Caracteres du Chretien.

Pater qui summa dilectione filium suum complectitur in filio, qui Christi fidem amplexus est, se videre putat filium, qui omnem naturam sensum abiecit, servus, qui Dominum colebat, eique obtemperabat, non solum se putat solum ab ea fide, quæ illi debetur, sed se ad eum prodendum teneri arbitrat; Principes, qui subditorum suorum tranquillitatem diligunt, Imperatores, qui lenitatis equitate florent, majori cum hilaritate Fidelium cruorem effundunt; ita Principatus, qui sanctissimis conjuncti erant fœderibus, dissociantur; parentes, & filii, servi, ac Domini, Principes, ac subditi, magistratus, & populi abeunt in diversa. Idem.

Cogitate Christianos ubique fugientes, undique ejectives, exiliis locum quærentes, ac nullibi inventos. Illos ab hominum societate ejicere parum est; neque inter feras illis locus relinquatur. Urli, nemorumque tigrides illis parcent, sed homines illos ad supplicia conquirent: omnis erga ipsos pietas in humano corde extitit est, & populus, qui non sine quadam miserationis sensu nocentissimum quemlibet torqueri videt, palam lætitiæ clamoribus, atque plausibus Fidelium cruciatus excipiunt, atque cruces attollunt, ubique rotæ: ferreis unguibus laniantur artus, igni absumuntur, & longa tormentorum serie conficiuntur, cum corporum membra alia post alia supplicio afficiuntur. Vitæ, quæ supersunt, momenta cum crudelitate servantur; illique supplicii subtrahuntur, ut in theatris populo spectaculo sint, atque solatio. Eorum dilaniata corpora feris obiciuntur. Idem.

Extant adhuc increduli homines, qui post ea omnia adimpleta, quæ fuerant prædicta, post agnitam consummationem Mysteriorum Christi, Evangelii præstantiam, donorum manifestationem, præceptorum sapientiam, pomparum sæculi vanitatem, Idolorum eversionem, potentis Cæsaris confusio nem, omnesque etiam totius mundi conatus adversus illud, dubitant adhuc de Religionis veritate, nova adhuc quærunt prodigia, & soli isti adversarii audent, quæ Apostolici labores instituerunt, quæ tot Concionatorum prudentia auxit, quæ tot miracula confirmarunt, quæ tot Virginum paritas decoravit, quæ tot Anachoretarum austeritates signarunt, quæ Sacrificium, atque contemptus tot virorum JESU CHRISTI probarunt, quæ tot summorum virorum exempla docuerunt, quæ denique septemdecim deinceps sæculorum semper eadem, ac sibi constans, necnon ab omnibus populis universæ accepta Religio probavit? Etenim inter Religionis triumphos clanculum insurgunt adhuc fide-

Persecutiones contra primos Fideles, & Religionem.

Christiana Religio aultum scelus pati potest.

rebellionis, quos tradidit Dominus stultarum cogitationum suarum vanitati, rationis suæ errori, & sensuum corruptioni, qui blasphemant, quod ignorant, qui negant, quod non intelligunt, homines impii, qui Dei gratiam in mundanos afflatus, e jusque lumen convertunt in tenebras; homines rebelles, qui omnem dominationem contemnunt, qui omnem præter suam auctoritatem rejiciunt, qui vias suas omnes corrumpunt tamquam animata ratione carentia; & qui reservantur, ut aliquando justo Deo iudicio blasphemiarum suarum penas patiantur. Ex Manuscripto sermone de Religione, qui P. Maffillon esse fertur.

JESU CHRISTI lex omnem terrarum orbem invenit docilem, & præceptis suis obtemperantem; Cæsares, quibus voluptates interdicebat, populos, quibus præcipiebant obedientiam, ambitiosos, quibus prædicabat humilitatem, molles, quibus annunciabat passiones; divites, quibus divitiarum contemptum imperabat, pauperes, quos suam amare pauperatatem jubebat, omnes homines, quibus mortificationem, penitentiam, sui ipsius abnegationem irrogabat. Hæc tamen Fides, & Religio a duodecim Pænitentibus scientia, auctoritate, præsidio, gratia diffusit prædicata universam terrarum Orbem subegit, qui incomprehensibilia ipsius Mytheria suscepit; atque nunc Crucis stultitia in ipsius Mundi oculis sapientior fuit, quam omnis sæculi sapientia. Omnia contra ipsam insurgunt, omnia tamen ad ejusdem incrementum inserviunt. Fidelem esse, ac Martyrem idem erat, & quo violentiores erant persecutiones, quas patiebatur, eo magis virtus illius invalenscente, & Martyrum Sæculus fecundum Christi fidelium semen fiebat. Idem.

Quantumvis parum dispositi sunt fideles, ut Mytheris Religionis nostræ afficerentur, namquam ab eorum consideratione cessarent. Omnia ibi magna sunt, sublimia, vera, mira, insignia; & sedula consideratio ibi plura nova deprehenderet, quæ grati animi sensum, æmulationem, magnanimitatem, seræ gloriæ amorem excitarent. Deus nascens, vivens & moriens; Nobiles viri Anachoretæ facti, Martyres inter flammam canentes, mortui suscitati, Pænitentes Apostoli, ac universam terram subigentes, cuiusvis generis miracula, ab omni hominum genere patriæ, Prophetiæ ac mirabilium eventuum multitudine probata, &c. Hæc spectacula sunt, quæ non imponunt rationi fictio nem, simulatione, episodis de industria conquisitis, meditati quæ nodorum solutionibus. Liber cui titulus: Remarques sur divers sujets de Religion, & de Morale Tomo 2.

Præcipit Christiana Religio, ut essentialia, quæ continent, mytheria, ab omnibus agnoscantur; auctoritate sua constituit Doctores, a quibus explentur, qui eorum principia, atque effectus scrutentur; placet ipsi, tunc tandem se recipi, ubi rationibus ad eam recipiendam seris adactus; permittit, ut de veritate sua discipretur, & ad examen vocetur vis objectionum, quæ illi possunt opponi. Verum est, ab ipsa intellectus nostri, nostræque voluntatis submissionem peti, sed prudentem, illuminatamque petit submissionem. Non offenditur ratio iis, quæ sibi obscura exhibentur: e contra fateri tenebrarum suarum necessitatem, neque dubitare potest de obiecto, quod illis absconditur. Mytheria hæc adorabilia videntur; illum honorant, qui humili cum docilitate sese illis submittit. Nihil ibi non purum est, non sublime, non admirabile, & mentem tanta suavitate, quanta securitate subjungit. Religionis alix subsistere nequeunt quin sectatorum suorum inficitiam, ac infirmitatem illudant. Idem.

Legislatoris alii præcepta sua Religionis accommodarunt, & quemadmodum Religiones diverse, quæ fuerunt hodieque sunt, non eadem habent ceremonias, eundemque cultum, ita neque eandem habent morum disciplinam, si tollas præcepta quædam, quæ natura sola nos docet, quibus etiam aberrarunt pro affectuum arbitrio, qui majus, minusve in eorum mentes obtinebant imperium. Una Christiana lex sine ulla exceptione omnia prohibet scelera, absolutam, ac universalem præcipit sanctitatem, in sectatoribus fuit puritatem, atque integritatem sine macula effugiat. Deus, quem illa colit, perfectam, atque infinitam habet sanctitatem, quæ nihil pati eorum potest, quæ damnat necessario. Nonne hoc plane probat ab ipsa una veritatem doceri? Intra virtutem, ac veritatem in-

diffotubilis nexus est: potest quidem error cum vitio, & vitium cum errore sociari: ac Religio nihil pravum, nihil falsum terre potest. Christiana lex sanctitatem suam longius provehit, & viam ad malum in ipsa statim origine interdicat: Fidelis quippe jubetur seipsum interius regere, cogitationes suas, desideria, spes, metus, affectiones, & odia compescere. Idem.

O cogitationem terribilem! Juxta Religionis meæ instituta judicabor. O Fideles, hoc magnum est, ejusque vim omnem, quanta est, assequamur. Mea Religio judicabit; Religio hæc adeo sancta, pura, irreprehensibilis, hæc Religio adeo amoris proprii inimica, adeo meis studiis opposita, adeo contraria spiritui hujus sæculi, quo repletus sum, hæc Religio in præceptis suis æque severa, ac Deus in iudiciis suis; vel potius cuius præcepta non aliud sunt, quam Dei ipsius iudicium. Ad illius lucernam de eternitate fortis meæ Deus iudicium feret: circa illam vitæ meæ examen veridicum feret: mihi non erit integrum recitare illam, neque mihi jus erit potestatis, ut actiones meæ illis ponderentur lancibus, neque illis inniti poterit rationem reddere juxta eos omnes articulos, quos docuit; neque vel unum erit, quod minime fiat, distincti iudicii argumentum. Ad illud igitur, quod aliquando fiet, effugiendum, modo præoccupemus, & nos ipsi iudicium feramus. P. Girault Tomo 1.

Neque difficultas efficiendi, ut Christianæ Religionis præcepta reciperentur, levior erat, quam ut crederentur mytheria. Nunc enim cum nobis jam probata sint illius dogmata, & perspectæ sint omnes illius veritates, si vix illa gustare, & has credere possimus, & vix nosmet illis subicere, quid igitur erat hæc ipsa in Herodum, & Nerozum aulis prædicare in Synagogis Judæorum, in Philosophorum Accademis, in Athenarum Areopago, ubi hæc dogmata in horrore habebantur, & ubi nonnisi dementia, atque furoris accusari poterant illi, a quibus prædicabantur? Quis tunc credidisset futurum fuisse, ut hæc ipse veritates in honore haberentur, nec desuoratis ex omni ætate, conditione, & sexu, qui eas amplecterentur, & qui pro illis propugnandis mortem oppeterent? Hoc accidit tamen; ac inde inferendum est, in Religione nostra nihil non divinum inveniri. Desumptum ex sermone manuscripto de Religione, qui P. de la Rue esse putatur.

Cum video Petram Romanam, & Optimatum ædes ingressum, alienigenam, ignotum, nulla naturali gratia commendatum, sine amicis, sine eloquentia, sine libris, sine pecunia, sine patrono; illius admiror audaciam, & si ex eo quæro, quo erat, quid contendat, quid ille mihi respondeat? Eo, inquit, idolorum templa everfurus, omnem Mundi Religionem immutaturus, Ethnicam superstitionem sublaturus, atque JESU CHRISTI Crucem in Regum, Cæsariumque capite positurus. Quæ chimara! quæ visio! Atamen aliquot annis post video hæc templa everfa, hæc idola atrita, hæc superstitionem sublatam, Crucem hanc in Regum, Cæsariumque capite positam. Hæcne est humanæ politicæ effectus? Haud ita sane; neque esse potest nisi effectus Omnipotentis Dei, & character veritatis, atque præstantiæ nostræ Religionis. Idem.

Nequeo facere, quin exardeam indignatione contra impios, & hos spiritus fortes, qui Christianam Religionem tamquam politicæ inventum aliquid putant, ad populos in officio continentos. Verum quidem est ex omnibus scelis nullam esse, ubi melius servetur politicæ ratio, ubi Principibus fidelis servatur, ubi omnes æquitatis, & humanitatis leges diligentius observentur, quam in nostra, quemadmodum olim Idolorum cultoribus Tertullianus ajebat; sed peccare est contra omnia rationis præcepta, putare hujusmodi homines, quales Apostolos scimus fuisse, sine potestate, sine literis, sine scientia, sine opibus, sine præsidio, eam instituisse potuisse contra Politicorum sapientiam, sæculi molliem, Tyrannorumque furorem. Nequaquam, inquit Minutius Felix; hoc fieri non potuit; sed suprema tantum mens hoc opus ad finem adducere potuit. Idem.

Difficultates, dubitationes, ex quæ in speciem contradictiones videbantur, & fallaces argumenta-

Difficultas efficiendi, ut Christianæ Religionis præcepta reciperentur.

Christiana Religio non est politica inventum.

tionem nihil de veritate Ecclesie, & Christianæ Religionis veritate inminerant; ejus vero fidem post tot secula in corde vestro imminuent post constantem, unanimemque consensum præclarissimorum hujus mundi ingeniorum? Quæ insania? Impiorum, atque Atheorum, non autem sapientium sententia adhibere? Ignoræ auctoritati, fallacibusque argumentis acquiescam; neque credam Miraculis, & doctrinæ Filii Dei? Idem.

Credibilitatis argumentum desumptum ex mutatione Religiois in toto mundo.

Hoc factum est, de quo dubitare nemo potest, ante Christianam Religionem populos omnes, præter Judæos, fuisse idololatrias. Alterum vero est nihil minus constans, quandoquidem oculi ad hanc quoque diem testes sunt, populos his Religionem immutasse, & ex infidelibus factos fuisse fideles: nihil ultra requiritur, ut miracula plane probentur. Tandem enim quomodo fieri potuit tot nationum tanta immutatio, nisi maxima miraculorum copia naturam excedentium, & novam doctrinam, quæ prædicabatur, probantium? Numquid tot hominum myriades pro pueris erunt habendi, quorum mens pro libidine versaretur, & qui ad minimam rationem Religionem mutarent? Numquid stupidi erant existimandi, qui oculos sibi fascinari paterentur, & sine discretionem id crederent, quidquid sibi ingereretur? Ut hæc penitus auteratur suspitio, satis est in historiarum monumentis inauditos perlegere impetus, insanabilem persecutionem, quas populi exercuerunt prohibitori, ne sibi ab Evangelii præconibus errores sui convellerentur; & tædibatur quique, illos sese post tot certamina victos dedidisse, eo quod miraculorum vi vincti fuissent. P. Manduit Traçatù de Religione contra Athesos.

Adhuc Apostoli ambitiosi, dolosique homines fuisse existimantur, qui voluptatem perciperent homines decipiendo, & qui levissimas subreptas malent, quam eorum, quæ semel pronuntiaverant, palinodium canerent? Ad id opus fuisset, ut duodecim pauperes Pifcatores consilium inire potuissent fabulas universo mundo venditandi, quin gravissimam persecutionem, quæ ideo in ipsos excitabatur, illos de hac adeo insana mente deicerent. Offendendum est, fieri potuisse, ut tot populi, quorum non intererat decipi, hunc errorem fuerint amplexi, ubi nihil lucrari poterant, immo vero sibi persecutionem confare; illum cum ipso vitæ periculo, laboribusque suis affererent, eumque nobis constanti traditione, quæ viget adhuc, tradiderint. Idem.

Contra incredulos qui tot testimonia se se dedere non solent.

Nisi miram habuerint arrogantiam, diabolicamque superbiam, quæ Christianam Religionem impugnantibus persuadet, ipsos solos intelligere, ac scire, negligere possunt hanc testimonium catervam, ut nonnullorum auctoritatem, atque testimonium sequantur? Quinam igitur sunt, qui sententiam eorum propugnant? Doctoresne moribus irreprehensibiles? Sandine vitæ integritate laudabiles? Haud ita sane; homines vitæ sine mente, sine studio solido, nequissimis abditis impudicitis; hi sunt eorum Doctores, & Martyres. Sed in particulari fide sua parum adeo certi sunt, ut ubi aliqua urgentur ærumna, vel mortem metuant, sensus suos abiciunt, palinodium canunt, contremiscunt; ad mortis cogitationem fremunt, Sacerdotes accersunt, peccata sua confiteri conantur, & ex duobus hominum millibus, qui viventes, hos sensus secuti sunt, vix tres inveniuntur, qui in illis mori voluerint. P. Texier in Impio calamitolo. Sermones de fide.

Cum dicimur Miraculis Religionem nostram probari, hoc argumentum nonne validissimum est, atque invictum; quandoquidem in totius mundi luce facta sunt, & infestissimi Religionis nostræ inimici testes eorum fere, vel illa in dubium accerere auri non sunt? Eclypsis solis magna, ac terribilis, quæ Dei filio moriente contigit, sepulcra aperta, rupes ipse contrite, quis hujusmodi testimonia non reveretur? Post hæc vero accusari potest Religio nostra mendaciam, cum aperta adeo divinitatis auctores sui testimonia resurgant? S. Lucas nonne loquitur de dono linguarum, cujus tot hominum millia, qui tunc Jerosolymis aderant, testes fuerunt irreprehensibiles? Aliquisne ausus est inquam hæc resellere testimonia? Quin immo in rectis omnibus reperitur, qui de horum miraculorum veritate consentiunt. Phlegon ex Grecis nonne meminit solaris Eclypsis, quæ in JESU CHRISTI morte accidit imperante Tiberio?

ipsam etiam adfert Olympiadem, &c. Desumptum ex manuscripto Sermone.

Ad hæc quomodo mundus doctrine adeo miræ, atque inaudite, qualem JESUS CHRISTUS docuerat, sese subiecit? Reperimus, si vobis lubet, secula beatis illis temporibus propria; quomodo namque tot mortales sine miraculorum vi converti potuerunt? Tot populi, diversæque gentes emergere potuissent de errore, ut evangelicæ veritates amplecterentur, nisi miracula eos de veritate persuadissent, nisi Apostoli potestatis Domini sui successores fuissent? Sin autem post has considerationes aliquis adeo perfrictæ frontis, & pertinax est, ut Religionis nostræ miracula inficietur, si reperitur adhuc Fideles, qui affirmant, mundum sine miraculis potuisse converti, negat ille opus est maxime perspicuas, notaque veritates, inquit, S. Augustinus. Omnes hi flagitiosi homines, & qui se spiritus fortes ferunt, credere tenentur mundum, vel non fuisse convertum, vel per miracula convertum fuisse. Idem.

Dei Filii Pifcatores elegit rudes, indoctosque, ut Ecclesie, & Religionis suæ primæ essent conditores: Christianismum ex quadam veluti nihili specie voluit educere; & quemadmodum ad potentiam suam ostendendam mundum de nihilo eduxit, quin ulla materia præexistere, voluitque ut sydera sua in ventrem incubula in abyssis, quæ creaturarum efformationi magis videbantur opposita; ita ad ostendendam legem, Religionemque suam opus esse divinum, & illius infirmitati humanam industriam nihil profus contulisse, voluit, ut quidquid infirmitatis, ægestatis, & infirmitatis erat, illud huic facinorosi oria præberet. Poterat quidem eligere Philosophos, atque Oratores, qui operis hujus duces essent; eligere poterat Imperatores, qui sua auctoritate opus illud cernerent; at tamen ut sibi uni accepta referretur tanti operis gloria, id elegit, quod indoctus, & infirmus erat, ne seculari potestati, vel mandantæ sapientiæ ratiocinationi invidior gratia vel effectus tribueretur. Sed ubi nullum amplius periculum adit, ne hujusmodi suspitio obortiret, & hoc ædificium fundamentis suis constanter incumbens neque fulmina, neque procellas metuebat. Interfuit gloria Filii Dei, & Ecclesie ipsius videre Imperatores ad pauperum pifcatoris tumulum in genua procumbere, atque inclinatum sceptrum, oculique lacrymarum imbre mandentibus illius opem implorare. P. Tomassinus Sacerdos Orator in considerationibus, quas edidit in S. Augustini Confessionibus.

Christianismus spiritum in perfecta tranquillitate debet statuere, quod videatur ipsi probatus argumentis, quæ ad veritatis aliquis probationem sunt necessaria. Ethicæ disciplinæ principia, spiritus hominis, libertas, conscientia, omnia cum revelatione conjungantur. Cæterum veræ Religionis antiquitas, illius tot inter revolutiones duratio, dogmatum ejus sublimitas, Sanctitas legum, æul-tus integritas, Prophetiarum complementum, miraculorum numerus, & certitudo, Martyrum constantia, omnes hæ rationes ad idem centrum collinant, ac tanto fulgore confluent, ut qui oculos aperuerit, tanti luminis vim non percipere nequeat. Ita Religio nunquid alicui obnoxia esse contradictioni, si speculativas tantummodo veritates edoceret; & spiritum nonne mysteriorum obscuritas deterreret? Systemata, quæ Religioni opponuntur, nonne tantum continent difficultatis, quantum illud incomprehensibile est, quod ab illa proponitur? Sed non sufficit illi mentem instruere, nisi cor etiam reformet; & operis hujus magis affectus ipsos in illam inflamet. Hæc est incredulitatis origo; noxiæ voluptates relinquit non possunt, in sceleribus vita ducitur; hoc prohibet Religio, ideoque jugum gravissimum existimatur. Desumptum ex Diario Trevuliano, mense Junia 1706.

Quemadmodum Christiana Religio effecit, ut omnia faciem mutarent, videtur quoque effecisse, ut hominis natura mutaretur, ex quo Christianismus in universum terrarum orbem fere effudit. Cum plerique flagitia, quæ erant idololatriæ effectus, desissent, gentes humanam novam induit faciem; sed non extrinsecus tantum mira hæc accidit mutatio. Anima vix fidei sensus perceptorat, cum jam alia a semetipsa fiebat, naturalia hominibus studia statim amittens; gloriam contemnebat,

Mundi conversio magnum est miraculum.

Veritas Religiois Christianæ, & argumenta illam probantia.

bat, negligebat vitam, tantumque aberat, ut voluptatem amaret, quod ultro sese pœnitentis vitæ austeritibus subiecit, ac sine metu, crudelissimæ mortis doloribus semet objiciebat. Desumptum ex Collectione Oratorum Academiæ Gallicæ oblatarum anno 1689. Sermones 2.

Fructus, & virtutes quæ Christianis propriæ Religio.

Cum Myfteriorum fide præstantissimæ etiam virtutes, atque acerbissimæ austeritates sese in omnes terras effuderunt, easque Discipuli JESU CHRISTI in difficillimis viis secuti sunt. Quidlibet pro veritate pati familiaris fuit Fidelibus exercitatio, qui Salvatore imitaturi majori cum ardore ad tormenta, quam alii ad delicias cucurrerunt. Recenseri minime possunt exempla divitum, qui pauperes effecti sunt, ut pauperibus optularentur; neque pauperum, qui paupertatem opibus prætulunt; neque Virginum, quæ in terris Angelicam vitam imitatz sunt, neque Pastorum summa charitate flagrantium, qui omnibus omnia facti semper parati fuerunt pro opibus suis non vigiliis, laboreque solum, sed ipsam etiam vitam impenderent. S. Joannis Baptiste vita, quæ Judæis adeo mira videbatur, inter fideles facta est communis; deserta frequentia facta sunt imitatoribus ejus. Bossuet Sermones in Historiam naturalem.

Inaudita celeritas, qua Christiana Religio tantam in universo terrarum orbe peperit mutationem, aperitissimum miraculum est. Prædixerat JESUS CHRISTUS futurum ut Evangelium suum quam primum in universo mundo prædicaretur; hoc miraculum statim post mortem illius debet accidere, dixeratque se, cum sublatum fuisset a terra, hoc est, cum cruci fuisset affixus, omnia ad se fuisse pertracturum. Apostoli nondum suum cursum absolverant, & S. Paulus Romanis dicebat Christi fidem jam in omnes terras fuisse annuntiatam; & ad Colossenses Sermonem habens affirmabat Evangelium jam ab omni creatura, quæ sub Cælo erat, annuntiar, prædicari, fructum ferre, & crescere in universo Mundo. Constans docet traditio D. Thomam Indis, alios vero aliis remotissimis regionibus prædicasse. Sed ad veritatem hanc probandam historiarum luce opus non est; ipse loquitur effectus & loquitur juræ a S. Paulo Apostolis applicari eum Psalmistæ locum: in omnem terram extitit sonus eorum, & in fines orbis terra verba eorum. Sub eorum vero Discipulis nulla tam diffusa, longinqua & ignota regio erat, quod non pervasisset Evangelium. Idem.

Constancia, quæ persuasio de Christianæ Religionis Veritate primis Fidelibus inaudit.

Christiana Religio vim, robur, virtutemque inaudit illis, qui fidem amplexi sunt, contra Tyrannorum violentiam. Populorum conjuratio, Imperatorum edicta, tormenta, quæ illis præparabantur, levissimæ torturæ, quibus nulla hominum patientia resistere posse existimabatur, flammæ, eculæ, & quæcumque supplicia mortalium, demumque ars potuit excogitare, nihil profecerunt, nisi ut eos in certaminibus magis invictos præberent, triumphorumque suorum gloriam augerent. Omnium harum victoriarum causa ea fuit, quod cum ipsis persuasum esset de Christianæ Religionis veritatibus, illos contempserunt, qui, ut ait JESUS CHRISTUS, corpus quidem occidere poterant, animam vero non item. Sciebant exteriora quæcumque mala cujuslibet generis illa sint, non admodum esse diuturna, præmia vero illorum, qui hæc paterentur pro Fide, æterna futura. Albas Trappensis in Moralibus Considerationibus in S. Matthæum.

Non deest, unde pertinacissimorum hominum incredulitatem confundere valeamus, & nescio quam anima adeo dura esse possit, ut resistere queat, ubi cogitat, Deum id opus suscepisse peragendum, quo nullum unquam magis tentatum fuit, & ad illud perficiendum usum esse ipsi hominibus, qui maxime impares, & inepti videbantur, & quibus deerant prima principia, primaque elementa hujus virtutis, sapientiæ, intelligentiæ, cæterarumque qualitatium, sine quibus suscepti operis conatus ad finem referri posse minime videbatur. Prodigium quæ cæcis oculorum animæ reddidisti, demones eiecisti, tempestates sedasti, morbos curasti, ac deorum ad vitam eos revocasti, qui eandem amiserant, ipsosque mortuos de Sepulchris excitasti. Filii hominum, facere nequeo, quin cum Propheta exclamem, usquequo gravis corde? ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Usquequo incredulos vosmet præbentis tot miraculis? usquequo vos falli patimini vanitate cogitationum vestra-

rum? usquequo veritatem relinqueris, ut mendacium sequamini? usquequo argumentationum vestrarum infirmitatem sapientiæ, & virtuti Divinæ censebitis anteterendam? Idem.

SUPPLEMENTUM.

Quanam de re agebatur, levisissimi Auditores, cum JESUS CHRISTUS sese Mundo prædicaturus. Quid autem contendebat? Nil aliud, nisi ut infirmum mundum profus renovare; nisi vetustissimas in hominum memoria superstitiones abolere, in quibus populi omnem felicitatem suam sitam esse arbitrabantur, quas tanquam Patrum suorum hæreditatem sartam, sectamque servabant, pro quibus ardentius, quam pro vita ipsa dimicabant, & quas rerum publicarum, ac ditionum fundamenta esse censebant. Convellendi erant mendaces erant errores duo, quos omnium fere seculorum auctoritas comprobaverat; quos omnium gentium confirmabant exempla, qui naturæ omnino favebant, & quorum possessio, nisi univèrsus fere orbis suffesque turbaretur, deturbari non poterat. Hi erant evitendi; quid autem statuendum erat? Austeritas, & incommoda lex, cæca fides, religio omnibus carnis cupiditatibus opposita. Quod opus? Quid autem factio erat opus, ut hac in re omnia e sententia succederent? Oportebat omnibus terz potestatis, tanquam acerrimis hostibus oblectari, sapientiæ politicorum, auctoritati Principum, crudelitati Tyrannorum, zelo idololatriarum, Atheorum impietari. Si igitur, hac in re S. Augustinus interrogat, si JESUS CHRISTUS, antequam magno huic operi manum admooveret, cum eorum temporum philosophis consilium suum contulisset, ac illos ita fuisset allocutus: Volo, tot licet circumundique obices veteret, in mundo meam doctrinam statuere; volo hæc ab omnibus recipi; volo eam regnare, florere, ac in omnes terrarum plagas, quam latissime extendi: & quoniam Roma est terrarum omnium domina, ibi potissimum illam statuere. Celebrem & superbam Civitatem hanc in præsentiarum eligo, ut ibi religionis meæ centrum fiat, & que est sedes imperii, sit præcipua sedes Ecclesie meæ. Quid huic sermone reddidisset, & de hoc operis prospectu dixisset seculi Sapiens? Quod si adiecerit JESUS CHRISTUS ad hæc omnia adimplenda, fere nequaquam uti velle his administris, quibus humana prudentia uti consuevit ad ea, quæ gravissima, & maxima sunt expedienda; se nequaquam in auctoritate, opibus, doctrina, eloquentia consistere, & ad summum se usurum operum duodecim pifcatorum egenorum, illiteratorum, qui omnino scientia, ac præsidio carerent: Philosophus hic, nonne hoc demeritis opus existimasset? Hoc tamen actum est, fratres optatissimi, & tantum hoc miraculum invenitur. Hoc omnes summi viri admirati sunt, cum serio illud consideraverunt. Pater Bourdaloue in Dominicali.

Religiois admirabilis institutio.

Christiana Religio in futuro probat Deum illius esse auctorem Prædium.

Una tantum JESU CHRISTI lex per ea principia constituta est, in quibus excogitanda humana ratio evanescit, & necessario ad superiorem virtutem est confugiendum; hæc una est, S. Hieronymus inquit, quæ inter persecutionibus procellas quasi non potuit: Sola in persecutionibus stetit Ecclesia, Sola, cujus sectatorum cruor succedunt sit fimen? rem atque Sanguis Martyrum semen Christianorum. Deus ipse hoc propagationis Fidelium miraculum in Hebræis captivis expresserat, quos, Scriptura testatur, patiendo viribus, numeroque crevisse, prout Egyptii magis, magisque illos opprimebant, ut eorum progeniem extinguerent. Quasque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & credebant. Quenam scæna, ut ita dicam, & quodnam miraculum sese offert oculis meis, o Fideles? Video totum terrarum orbem contra JESUM CHRISTUM, legemque illius conjuratum! Infernus undique illi suscitavit inimicos, ut evertatur; Cæcæres edicta proponunt, Magistratus proferunt sententias, tortores equuleos, & rogos instruant: quid autem faciet, ut tot tantisque conatibus resistat exigua fidelium manus, qui victiarum instar peris divino robore, ac virtute, quæ nulli magis, quam in nostra elucet infirmitate. Si lex tua impugnantibus defenderetur, non adeo palam inferri posset, te illius Auctorem, ipsedumque extitisse.